

DE FINIBVS
HVMANORVM
ACTVV M COM-
MENTARIVS,

In c. Cum minister. 23. q. 5.

*Authore Martino ab Azpilcueta
doctore Nauarro.*

IN VIRTUTE,



ET FORTUNA

L V G D V N I,
APVD GVLIEL. ROVILLIVM,
S V B S C V T O V E N E T O.

M. D. L X X I I .

Cum priuilegio summi Pontificis.

DILECTO FILIO

MARTINO AB AZ-
pilcueta, Nauarro Decre-
torum doctori

P I V S P P . V.



I L E C T E Fili, Salutem & Apo-
 stolicam benedictionē. Dudum
 à fr̄. recor. Paulo Papa III. pr̄e-
 decessore nostro emanarunt lite-
 ræ tenoris subsequentis: Dilecto
 filio Martino de Azpilcueta, decretorum Do-
 ctori, primariam cathedram iuris Canonici, in
 vniuersitate studij Colimbriensis actu regenti.
 Paulus Papa II. Dilecte fili, Salutem & apo-
 stolicam benedictionem. Cūm sicut nobis ex-
 poni fecisti, tu vt aliis iuxta traditum tibi à Deo
 talentum prodesse posses, nonnullas lecturas su-
 per voluminibus Decreti & Decretalium, non
 sine maximis laboribus, & vigiliis, ad laudem
 Diuini nominis, cuius ope literariæ rei, & Chri-
 stianæ reipub. consuluisse & profecisse credis,
 scribendo, composueris & compilaueris, eásque
 de proximo tuis propriis expēs in lucem ede-
 re, & imprimi facere intendas, pro parte tua no-
 bis fuit humiliter supplicatum, vt tibi, quòd le-



D E F I N I B V S H V-
M A N O R V M A C T V V M
C O M M E N T A R I V S,

In c. Cum minister. 23. q. 5.

August. in Quæstionibus Exodi.

Cum minister iudicis occidit eum, quem iudex iussit occidi: profectò si id sponte facit, homicida est: etiam si eum occidat, quem scit à iudice debuisse occidi.

S V M M A R I V M.

*Finium humanorum actuum cognitio, ad recte utiendum,
& examinandam conscientiam necessaria. nu. 1.*

Finis cuius malus, ipsum quoque malum. Et finis cuius bonus, ipsum quoque bonum. num. 1.

Gratianus aliqua tribuit utiliter Augustino contrarius Erasmo, qui multa ei damnosè adimit. nu. 2.

*Finis uerbum masculino & foemino genere profertur.
num. 2.*

Intentio est actus uoluntatis, & quodis. nu. 2.

Finis exactè diffinitur, & declaratur. num. 3.

Bonum duplex, uerum, & apparens. Idque triplex, honestum, delectabile, & utile. num. 3.

Verbum propter quatuor causas significat, efficientem, finalē &c. num. 3.

Finis,